

Arque gaudium Angelorum. Bernard. Luc. 2. 14. V. 11. Exod. 33. 18. V. 22. Tertull. Cur avido desiderabit Angeli nativitate Christi?

cere desiderant Angeli: inſit Sophron. Orat. 1. de Christi natur. cui aſtipulatur hic Alapide. Quae enim illis gloria haecine myſteria, ubi prius quam illa, potiebantur gloria? Appoſite Bernard. in Circumciſion. ſerm. 1. n. 2. Idem quippe & Angeli Salvator & hominis: ſed hominis ab incarnatione, Angeli ab initio creatura. Quid mirum, ſi aveant, quae necdum viderant? In eorum gloria plenum profecto gaudium: & in gaudij plenitudine intercedit deſiderium; quippequam in gloria appetunt viſionis gratiam, ut videant in Salvatore, per quem acceperant gloriam. Hinc poſtquam natus Salvator, paſtoribus nunciatur ab illis; auditaque Gloria in excelsis, gloria in altisſimis. In altisſimis dicitur, ut conſtaret etiam, quod natus erat Angelorum Salvator: equidem in eius nativitate oriebatur ad Angelos gaudium caeli. Haec ſunt poſteriores gloria. Gloria illis prior na videre faciem Patris: poſterior ex parte Virginitatis; illaque gloria in terra videre deſiderant, per quem in excelsis faciem Patris & viderant & videbant. 13. Votum quod Moyſis, videtur in Angelis degenſibus in excelsis. Oſtende mihi gloriam tuam: dicit ille Domino; hicque concedendo gratiam, generoſe reſpondit: Videbis poſteriora mea, pro optata gloria. Ergo erat gloria prior, quando recolebatur poſterior. Quanam ergo poſterior in culmen felicitatis, ſequens ulterius felicitatem prioris? Viſionem humanitatis Christi: Tertullian. 4. Contr. Marcion. cap. 22. Gloria tunc a Moyſe viſa, ſed videnda poſteriora; ut per Christi humanitatis viſionem, cognosceret unde gloriam haberet ſane praſentem: equidem per merita Christi, videbatur Moyſes in tanta felicitate. Fruebatur ergo gloria, qua anima ſatura, igitur ad voluptatem optabilem non eſt plus; verum plus eſt: poſteriorque gloria proponitur, ut illud plus adhuc in gloria deſideretur: igitur gloria gloria oſtendebatur ſumma, cognoscere iam, per quem habebatur illa gloria. In gloria equidem elucet deſiderium, ac de Christi nativitate votum Angelorum, expectantium caeli gaudium. Expectantium, & in gloria caeli! Utique, pro Christi humanitatis viſione: exponunturque merito Angelorum deſideria; quoniam adhuc reſtabant gloriae illorum poſteriora: quandoquidem in felicitate gloriae Angelorum poſterior claritas, cognoscere facie ad faciem, unde illis tanta felicitas. 14. Ulterius. Revelata facie gloriam Domini ſpeculantes, quia Deus illuxit in illuminationem, transformati ſunt Angeli a claritate in claritatem. Perpende: Oſtende mihi faciem tuam: oſtende mihi gloriam tuam. Quia videtur facies, ſtat gloria beatitudinis. Cur ergo exponitur quali diſtinctum, faciei atque gloriae oſtentum? Reſtat alia facies, gloria gloriae, in viſione humanitatis Christi, in felicitatis plenitudine: oſtentioque gloriae, faciei Christi percipiunt oſtentio: ut illis conſtaret viſu, & cognitu, unde tanta gloriae origo: quandoquidem videntibus faciem Patris, deſiderata facies Salvatoris; per quem in gloriam felices mirabantur faciem Patris. Dicit textus. Oſtende mihi faciem tuam, gloriam tuam: reſpondet Dominus: Oſtendam omne bonum tibi: videbis poſteriora mea. Ideſt, Verbum in carne, ſeu nativitate Christi; uti vidimus ex Tertulliano, & quem ſequuntur Anguſtini. 2. de Trinitate. cap. 17. Gregor. Nazianz. Orat. 2. & Bernard. Serm. 6. 1. in Cantico. n. 6. Nihil mirum, quod gloria in Christi facie: quae enim maior caelo & terra, Angelo & homini; quam videre faciem Christi? In ipſo enim inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Si gloriam cupis reſpicere, reſpice: & reſpice in faciem Christi tui. Ergo inſtituto. Gloria omne bonum eſt: non videretur bonum omne, cuius plenitudo ſumitur alibi. Quomodo ergo Angelis omne bonum a Christi humanitate viſa, ſi erant felices in gloria? Aliquid deſideratur ut ſummum, & ſummum habetur? Etiam, quippe aliquid gloriae deſideratur ad gloriam. Chriſtus Salvator fuiſt Angeli, ab initio creaturae. Diximus ordinem Tom. 5. T. 3. d. n. 117. & dum Angelis per gloriam ſumma felicitas, deſideratur Salvatoris humanitas; quia quantumvis gloria Angelis bonum excelsus & ſummum, necdum viderant, unde illis advenerat & ſummum & omne bonum. Apparuit humanitas Salvatoris, plenaque decantata gloria in excelsis. Elucet iam Chriſti nativitas hominis ſalus, mundi gaudium, atque laetitia caelorum. Huiusmodi ſolemnitas tanquam oſci origo felicitatis, priusquam fieret, etiam relevata eſt Ethnicis: diximus plura Tautol. 1. d. n. 57. Videſis. Dicam cum Proſano, lib. 3. Eleg. 18. v. 16. Tot bona tam parvo clauiſi in orbe aëis.

v. 13. & 18. Encomiſa S. Benedicſi. V. 19. & 23. Per eius natalitium ad Angelos omne bonum. Hæſitatio. Cur plauditur Soli? Hæſiod. Theogon. Virgil. 1. Georg. v. 446. Senec. Luc. 1. 66. Propert.



DIDAS-

DIDASC. IV.

Benedicſi vita, vita Angelica.

O Ccurrit ſermo de Doctore dulciſſimo, mente illuminato, theodidactico in doctrina celeſtibus gratiae, & gratiae celeſtis doctrinae, magiſtro veritatis, diſcipulo in lumen divinae lucis, qui pluſquam Salomon ſapientia fulſit, dum vixit (uti plaudunt Bed. ſerm. de eius Sorore, Zachar. in eius Vita. cap. 8. Greg. Magn. 2. Dialog. cap. 35. & S. Bruno, ſerm. de illo, ſeu de Confefſor.) glorioſiſſimo Patriarcha eunctorum ordinum Benedicſo, de quo Baron. ann. 476. inſit: In tam tæta noctis obſcuritate denſaque caligine claritudo lucis aſfulſit; qua univerſus catholicus orbis illuſtraretur: tantus enim ſplendor ex viro Dei Benedicſo ad Eccleſiam illuſtrandam divinitus occuſus; ut radios ſuos a Soli ortu uſque ad occaſum, a Septentrione in Auſtrum longè latèque diſſuderit.

Encomiſa S. Benedicſi. Baron. Hæſitatio. Cur plauditur Soli? Hæſiod. Theogon. Virgil. 1. Georg. v. 446. Senec. Luc. 1. 66. Propert.

Hinc Sol novus clarifiſſimo Complevit orbem lumine. Accinſe Benedicſ. Hæſitatio. in eius Vita. cap. 1. Si uti vaſis admirabilis, operis Excelliſſi pereximia Solis lux; Benedicſus quaſi Sol eſt illiſt in templo Dei. Mater eius Abundantia ſato fungitur, quam luci Benedicſus feliciter oritur. Patet profecto radijs ac effectu Sol: Sole quippe oriente, ſubſequitur mors Auroræ. Aurora dum parit, perit. Non ingreditur cum Abundantia ſepulchrum, ut copia benedictionum orbi claretur per ſæcra; etenim ſi ex grano per vitalitatem nullum oritur germen; ſi mortuum fuerit, multum fructum aſfert. — Quae fert lucem mortalibus alma, Coelicoliſque Deis cunctiſſis: uti pallida ſurgit Tibithoni croceum linquens Aurora cubile.

2. A ſummo enim incepti, uti vidimus Tom. 2. T. 3. D. 6. a n. 7. Eſtne aliquid ultra ſummum? Ultra ſummum non eſt locus: ait Senec. Epiſt. 74. Quid ergo? Nec implere nos illa felicitas poteſt. Eſt igitur maior, plena felicitas, unde conſtat Benedicſi claritas: ultra ſummum adhuc invenit locum: igitur in ſummum eius inolevit periclitio, ſauſte incipientis a ſummo. Quis putas puer iſte erit? dicebant conſiderantes mirabilia, Baptiſta nativitate celebrata. Erit miraculum mundi? eſt igitur, verum quid? In multis fortuna ſine flore eſt; ait Plin. lib.

16. cap. 25. Promptior gratia, quam fortuna, neſcit enim tarda molimina gratiae: etenim dum Dei opus, adinſtat ſtella duaricis Magorum, copioſa, mirabili luce, eſt Eius, vel in oriente. Peſſundat modum temporis modum mirabilis perfectionis. A ſummo inceptiſſe Baptiſtam; autamat Angelicus Doctore, Quodlibet. 5. art. 11. ad 1. Non eſt aliquid quod ſit; qui ſummus eſt: & de ſummo inquiritur futura claritas, ut eluceat gratia ſummitas: quandoquidem quae ſummitas vel in modo, eius qui incepti a ſummo? Quis putas puer iſte erit? Quis qui totum? Ubi conſummatum bonum, ulterius non eſt iudicium, neque cordis deſiderium. Queris enim aliquid ſupra ſummum? Nihil enim extra totum eſt, non magis quam ultra ſinem: inſit Senec. de Vita beat. cap. 9. Si totum Ioannes, quid erit? Non eſt plus, ſi plus non eſt: additurque in ſummo plus; quoniam quia ſummum luget, quod ſit modo, quicquid erit; excedit enim perfectionis ſummitatem, habere modo perfectionis culmen.

3. Veſtigis Baptiſta Benedicſus inhaerit, ut inſit D. Thom. d. & Opus. 17. cap. 7. Etatem moribus tranſiit. Gregor. d. cap. 1. Summam indicat perfectionem, perfectione morum ſauſte ſuperare etatem; igitur ſine menſura gratia ſanctificationis, ubi virtutum exordia a menſura plenitudinis. Quis putas puer iſte erit. Erit plus? Erit, quod eſt: igitur ſumma Benedicſi gloria (cum vel a principio ſumma) quod habeat in mundo modo; ad quod futura quibat extendi pro ſummitate expectatio.

— In terra iacens Caeli pererrabat choros. Quid mirum, quod Benedicſi caelum eſſet habitatio? Thronus Solis eſt in caelo. Erat vultu placido, moribus decoratus Angelicis; tantaque circa illum claritas excreſcebat; ut in terris poſitus, in caeleſtibus habitaret. Non nova Soli claritas eſt; uovum na, dummodo eſſet ſine claritate Sol. Cum Solem ſuper terram Deus eſſet fabricatus, poſtea in altum ſublevatum poſuit in firmamento; inquit Sinaita, lib. 4. Hexameter. In ſplendorem conſtituit orbis, praecopia lucis, elevatus in ſublime: quippe orbem in terra nequibat illuminare. Amplior, mirabiliorque Sole ſplendor ſingularis Benedicſi: igitur pretioſior illuminatio, ſtantis in terra & habitantis in caelo. Luminaria magna, ut luacerent ſuper terram, poſuit Deus in firmamento caeli. Inſigniora meditatus eſt Dominus, dum Sol in Occidente conſtituitur Benedicſus: etenim ſi ſuper terram luget altra;

Matth. 2. 28. Eſt iſta claritas unius dei. Senec. Benedicſus impedimenta non ſciunt atari. Hæſitatio. Anaf. Si nait. Et luget ut Sol in terris. Genef. 2. 37. Illu.

illustrior sanè illuminationis forma, ubi in terra singularis uti Sol rutilat Benedictus, ac in cœlis habitat uti luminare maius. Hi mores, & morumque claritas

Manil. 4. cap. 1. v. 158. Summa illius virtutum.

Inveniuntur in astra vias. Hæc enim virtutum summa in summa virtute, etiam argumentum Didascalice, contiaentis vitam Angelicam, vitam gloriosam, in mundo extra mundum animum, in morte & ex morte triumphum.

Apoc. 21. 37.

4 Angelorum conditio est vivere sine affectionibus: videtur in Benedicto mensura hominis, quæ est Angelis. Arabic. Iuxta staturam Angelis. Mores sequuntur status conditionem, non entitatem: conditioque hominis Benedicti mensuratur ad staturam Angelis; quoniam profectò ad Angelicam perfectiorem staturam; homo qui terreno corpore gerebat vitam Angelicam. Licet hæc mensura videretur esse hominis, re vera tamen erat Angelis: inquit Alapid. Illius est operari, cuius est esse; quo claret ex operibus, quæ claritas Benedicti: igitur mirum, quòd vita Angelica in conditione humana. Hanc expertus est Monarcha Monachorum; quando tantà carnis tentatione gravatus est, ut penè cederet, penè discederet: ut ait Bernard. ferm. de eo, n. 5. Hæc ne vita Angelica, vel humana? Angelica. Vicit peccatum (ait Gregor. d. cap. 2.) quia mutavit incendium. Ex quo tempore ita in eo tentatio voluptatis edomita; ut tale aliquid in se minime sentiret. Ita & homo? Ita: in corpore nescio, sive extra corpus nescio. Extra corpus nescio, quippe homo. In corpore nescio, quippe non caro. Quid ergo? In corpore corpus sine conditione carnis, sed mensurà Angelicæ virtutis; siquidem in Benedicto Angelicæ conditiones.

Alapid. Vita Angelica in conditione humana.

Bernard.

Gr. Magn.

Apoc. 6. 2.

Ex prima de voluptate victoria, sine sensu ad voluptatem.

5 Aperto libri mystici primo sigillo, erant ante Ioannis lumina, qui habebat arcum, & data est ei corona, & exivit vivens ut vinceret. Primasius: Exiit vivens & victor exiit. Præ fertur articulus pugne & victorie Benedicti, urgente Venere. Pugnat, vincit femel: & iam habet coronam? Mihi ita & tentatio est vita hominis super terram: necdum finita vita, datur laurea? Uri- que. Vicit Benedictus primo in certamine, quicquid à Venere hostiis; quippe etiam in corpore vixit, nunquam tale aliquid voluptuosà in carne fenit: coronamque certaminis consummative donatur; siquidem nihil restabat vincendum, quo vinceretur. Ex textu causâ; Exiit vivens ut vinceret. Aptius videtur, Ut pro corona certaret: & victor (quippe in primo conflictu totus labor) non exiit ut pugnaret, sed ut vinceret; igitur

prima ex carne rebelli partà victoria, in carne non erat pugna. Clarius & expressius in propositum. Habebat arcum. At sagittam? Nullam. Arcum solum habere conspexit: Hæc hic Concept. 20. Per arcum signatur corpus: insit Alcazar. Per sagittas insidiosa Venus: daturque Benedicto ex prima pugna consummativa corona, & exiit vincens, noa ut pugnet, sed ut vincat; ut in illo vel in carne vita Angelica plus clareat: equidem in carne arcum habebat corporis, sed sine sagitta Veneris.

Haye & Alcaz.

6 Cruciamen voluntarium, ut turdè posset transire pericula maris, subivit Ulysses; quæ quidem maiora ex fallaci suavitate Sirenum, quam acerbitate fluctuum. Obturavit aures suas voluptati musicæ, alligatus ad malum ne reperetur dulcedine. Expers periculi evasit, victrices vicit, ministras Veneris effugit: illas victoria pupugit, quo se in pelagus dedere precipites, fractis citharis & alis; quippe postea nec audita; quoniam in saxa conversa.

Augustin.

Lorin.

Orphi.

Quam fer- veni pugna, atque vici- da victoria!

Bugnot;

Idem

Sunt graviter quæstæ, ut senserunt fatâ Deorum Advenisse sibi: summamque crepidine saxi Præcipites saliere maris spumantis in undas; Protinus in duras vertuntur corpora cautes: Ex Orpheo Natal. Comes, 7. Mytholog. cap. 7. Egregius facinus perfectum à Benedicto, dum præparavit arcum, ut cor sagittaret blandimine caro, crebris quærens fluctibus voluptatis, navem imaginationis, hinc inde vagam propter furentem procellam. Obturavit aures suas ne audiret malum, ligatus ad Christi liguum. Ille sui vindax, totos immaniter artus Per rigidos vepres perque rubeta rotat. Canit Gabriel Bugnotius in eius Vit. cap. 7. Exiit vincens, esto plagatus, ut vinceret, qui post nec Venerem fenit: quandoquidem ex eius præcipitio & naufragio (Benedicti sauci triumpho, primaque victoria) vox Veneris nec audita.

Sic anima curat vulnera carne lacer. Alij exeunt vincentes ut vincant, vel in certamine cadant: igitur pugnat caro, quando fuerit homo, & ante obitum nullus in felicitatis templo. Benedicto prima de carne victoria in futurum nulla pugna. Exiit victor ut vincat, ut vitam Angelicam in corpore gerat: etenim femel sagittis Veneris fractis

Victor viros supereminet omnes.

7 Alij enim mirifica operationes astrunt Angelicæ conditionis proprietatem, ut ultra hominem Benedicti veneremur conditionem. Abiens Benedictus educit Placidum

Virgil. 6. Eneid. v. 856.

dom raptum ab aquis in eucum. Gregor. Mag. d. cap. 7. & Alapid. in Act. Apostol. 12. 15. Monachus cum in castro Calinensi esset, in formis apparuit, & de agendis instruxit. Gregor. ibid. cap. 22. De huiusmodi apparitionibus late disserunt Tyræus de Spirituum apparit. lib. 1. cap. 12. & Delrius, 2. Disquisit. Magic. quæst. 26. sect. 2. ex Augustin. de Cura pro mortuis: attribuit enim Angelis, quia extra conditionem hominis. At si non per Angelos, sed in spiritu hominis apparentis species, profectò est gradus altioris. Si enim ipse interfuit somnians; (inquit Augustin. loc. cit. cap. 17. mirabili gratiâ atque id potuit, & Dei munere, non propria facultate. Dico occurrunt in Scriptura conclusioni attestantia. Vidit Saulus clausis oculis Ananiam introentem, & sibi manus impoentem. Visione feliciter imaginariâ: subdit Lorin. in Act. Apostol. 9. 12. Græca Vers. & Syr. In somnis. Ea prodigium, ut in somnis species hominis objiceretur per Angelum. Verùm maius arbitror in Benedicto, ut non tantum gratiæ, sed gratiæ mirabilis rutilare commendatio. Eripitor e carcere Petrus vel à Michael, vel ab Angelo Custode (Adi Alapid. in Act. 12. 7.) rectaque venit ubi erant multi congregati & orantes. Pulsa ab illo lanuâ, processit puella, Petri cognovit vocem, qua penè præ gaudio amisit vitalitatem. Tam lem tandem Petrum adesse nunciat desperatus; ubique accipitur nuncium: dicentibus ad illam: Is sanus. Quid illa? Affirmabat sic se habere. Illi autem dicebant: Angelus eius est. Cur Angelum dicent esse in illa mirabili apparitione? Aliter vi debarat incredibile: etenim cum species hominis absentes non per proprium spiritum ministrarent, sed per Angelum; Angelus dicitur, ubi Petrus enunciat, quin in miraculo viderent nisi commune: quandoquidem in prodigio singulari; quòd esset revera Petrus, qui eius videbatur Angelus.

Augustin.

Lorin.

Apparet in spiritu dormientibus.

Idem

Idem

Idem

Idem

Idem

Qualis hoc in miraculo gratiâ

tia: quandoquidem insigne pro demonstratione celsitudinis, quòd Angelicæ virtutis, esset spiritus hominis. Altruit Virgo Dipara apud Birgitam lib. 3. Revelat. cap. 20. Erat Birgitæ Benedictus quasi Angelus, in quo laudebatur ignis. Inigne Angelorum flamma in splendorem: pro virtute facit Deus ignem vrentem. Psal. 103. 4.

Flammaque ad iussa ministrari. Ut succinit Crucius hic. Habebat Benedictus vim ignis, ut in virtute conferatur Angelis? Conditionem acta probabant. Gothus quidam ex Ducibus Totiæ, ut cogitat Baroni- us, rusticum, qui boia sua commedatâ Benedicto dixit: tortiter ligatum ad illum perduxit, in cuius presentia insolenter magnoque clamore; Surge, inquit, & reddo quod accepisti. Ad cuius vocem (inquit Gregor. d. cap. 31.) Vir Dei protinus oculos levavit à lectione: eumque intutus, mox etiam rusticum, qui ligatus tenebatur, attendit: ad cuius brachia, cum oculos deflectisset, miro modo tantâ se celeritate ceperunt illigari brachij lora deoolvere; ut à sibi tam conestè nullâ hominum sebrinatione potuissent. Hoc miraculum; ut ait Amioius 2. de Gest. Francor. cap. 22. a taculo non auditum. Si nulla datur species, videndum profectò in tymbolis.

Cruc.

Rumpli solo spectu ligati lora.

Gr. Mag.

9 Descendit Angelus in fornacem, quòd iacti tres pueri vinculis conficti saxa Nabucthi ryrannide. Ceciderunt in medio camino ignis colligati, & ambulabant in medio flamma. An miraculum in igne confumante vincula, & demulcente membra? Non tetigit eos ignis: v. 50. Mirum, quod inter ignis flammâ, esset corporum integritas. Uade ergo tantum opus? In fornacem ardentem descendit Angelus: & licet in igne ceciderint aræ vincâ, ambulabant gaudentes in medio flammæ; quoniam ne ligatis flamma fornacis noceret, Angelus Domini aspiciendo dissolvit. Adstricti erant, & in igne coram Angelo exultabant; equidem cum efficax Angeli aspectus; eius mirifica virtus & vincula simul rupit, atque devinctos libertate donavit. Visions, eximia opinionis gladiator, omnem telorum aciem ad bebetudinem solo conspectu redigere solebat: inquit Olauus Magnus lib. 3. cap. 16. & Causin. 3. Symbol. 70. In illo ludicrum, quod in Benedicto celebramus propria virtute uti insigne miraculum: equidem concessa libertas rusticio, solo oculorum aspectu. Coram illo ligatus stabat (si præ funium cruciamine stare quibat) cuius acerbitas tacita significare vox, clamans angore: Respice in me, & miserere mei, vel Da imperium tuum servo

Daniel 3. 23.

V. 491

Olaus Magi

Ex potestate parabat miracula.

Rial. 85. 16

1802

tem capiunt salutis ; semper vident faciem Patris. Illi semper, Benedictus semel : hoc est quasi, sublevatus ad altitudinem Angelice glorie, cum summa gloria in terra : etenim gloria summa, quod videatur, quod in terra, ni ab Angelo, non videatur. Brevi agam, quippe tuse disserui, *Tom. 2. T. 3. D. 11.*

16 Gaudium precatur Angelus seni Tobie, qui extemplo respondit : *Quale gaudium mihi, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video?* Nil mirum, quod cæli luminè careat, cum in tenebris sedeat. Sed cur de eodem diversis periodis geminatur questus? Ut ratet gaudium, quo donatus Benedictus : si in mundo tenebræ vitæ, extra mandum lumen cæli ; in tenebris vitæ sedens, cæli lumen clarè vidit : siquidem in terris positus, in cœlestibus quasi Angelus habitavit. Dicere quibat cum lobo : *Ad lumen eius ambulabam in tenebris.* Qui lumen habet, in tenebris non ambulat. Quomodo tenebrarum signat obscuritatem, si ad depellendas tenebras possidet lumen? Ostendit lobus quæ sit summa felicitas in hac misera vita ; lucis ac tenebrarum necens extrema. Felicitas prorsum (quippe lumen in lumine) videre in cœlo splendidi luminè cœli. Mundus estò splendens ad oculum, terra profecto & miseræ & tenebrarum : iungitur lobus tenebras & lucem ; ut indicet in mundo ampliore felicitatem : quandoquidem amplior gloria, in vitæ mortalis tenebris, conspiciere facit ad faciem totum lumen Deitatis. In cœlo, cum tenebræ vitæ non sint, perspicuo videatur lux : in mundo implicat sanè ; quia opponuntur lux & tenebræ, exclusæ à luce : & in culmen maioris felicitatis, lumen signatur habitando in tenebris ; ut luceat in vivente amplissima, mira gratia, dum in terra gratis conceditur gloria : igitur miraculi celsitudo, esse in mundo & esse in cœlo.

Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum : dixit Afferter N. post resurrectionem a seclis. *Cum adhuc essem vobiscum?* Ergo tunc illis præfens, non præfens illis. Erat cum quibus fuerat. Quomodo *Cum essem,* dicit ; quasi cum quibus fuerat, tunc non esset? Erat cum illis, præfens erat, verum cœlestia habitabat. Erat in mundo, sed gloriosus erat : & ubi in mundo glorificatio, quasi non esset in mundo. Modus essendi singularis, si in mundo gloria cœlestis : dicitur Christus, gloriosus habens statum, *cum adhuc essem vobiscum ;* quoniam illis illo in articulo affuit, quasi cum illis non esset. Elucet modus, quo gloriosus Benedictus erat in mundo, & extra mundum erat.

Quomodo in terris positus, habitabat in cœlestibus : igitur cum hominis ageret vitam, vitam gerebat Angelicam.

17 Creatorem vidit Benedictus, dum eius animus Dei lumine dilatatus, qui adaperiens oculis splendorem, posuit eorum eis tenebras in lucem ; ut Benedictus ambularet per speciem & non per fidem : etenim quod videbat, non nisi in Dei lumine poterat. Quod post mortem Deum videret, sicuti est ; non mirum : in cœlo non sunt tenebræ, sed lux. In vita sunt corruptibilitatis ac mortalitatis tenebræ, quæ non coherent cum luminis splendore : Deus apparet, Benedictus vivens videt : & ad lumen eius etiam vivit in tenebris vitæ ; ut emineat celsitudo tantæ gratiæ : siquidem inter gratiæ divitias magna gratia ; in mundo misero tenebris, persua visionè beatifica. *Habitat Deus lucem inaccessibilem,* quia anima fruitur per eius speciem. *Non videtur me homo & vivet :* inquit Exod. 33. 20. Benedictus num vivebat mortuus? Fateatur Deipara, apud Birgitam loc. cit. *Mundus erat ei mortuus, & cor eius totum plenum Deo.* Magnum hæc, quod mortuus viveret ; sed maius, quod moreretur, ut lumen videre posset. Magnum, lumen videre : amplius, in tenebris vitæ : etenim si vitæ obex, ut quis accedat in beatificam visionem ; accessit fauste vel vivens ad lucem inaccessibilem. Non quodlibet miraculum in huiusmodi tractu videndum ; sed miraculum maximum : igitur cum in cœlo esset Dominus, & in terra Benedictus ; ingenio amoris, culmen tetigit optatæ felicitatis : quandoquidem ut illum vel in mundo videre valeat, in terris positus in cœlestibus etiam corpore habitavit. *Cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est.* Non lux, ut expellantur tenebræ ; sed lux in tenebris, ut videatur gratia lucis, cuius singularis claritas, mortalitatis haud eliminans tenebras : igitur si cæli lumen videtur clausis oculis post mortem ; lux in tenebris compendium relucet gratiæ, quia lumen cæli videtur etiam in tenebris vitæ. Pater : gloria est sursum : cupiens videre, deorsum. In hoc elucet Benedicti miraculum : igitur maximopere excelsum ; quod sedeat in mundo terreo, & existat ad lumen superioris mundo.

18 Ex huiusmodi privilegio stans mortuus est, moriente corpore, qui corpore mortuus ; ne vel in morte glorietur mundus : equidem vel expirans non decubuit, ut vel in morte calcaret. Vespasianus, qui inter manus sublevantium extinctus est, ut ait Sueton. in eo, *cap. 24.* dixisse fertur : *Impera-*

Accessit ad inaccessibleem lucem.

1. Tim. 6. 16

Birgiti

Mich. 7. 8.

Manil. 1. 6. 5 v. 93.

Vespasianus maritur stans.

tozem stantem mori oportere. Idem ibid. & Erasmi. Roterod. lib. 6. *Apophth. 17.* in eo. Dogma Stoicorum fuit, *in actu mori.* Senec. *Epist. 8.* *Rebo tibi, invidioque moriendum.* *Epist. 37. & 81.* Apitius ad Marciam, cap. *Turpis est (inquit) navigij rector, cui gubernacula fluctus eripuit, qui fluctuantia vela deseruit ; permittitque tempestati ratem : at ille vel in naufragio laudandus, quem obruit mare, clavum tenentem & obrutum.*

Senec.

Salomon.

Deut. 34. 5. Moyses.

Gr. Magn.

Benedictus.

Aaron etia.

Ante sextum sui exitus diem (ait Gregor. d.) aperiri sibi sepulcrum Benedictus iubet. Sanus ut appareret & incolamissubdit hic Hæften. n. 4. Sanus in sepulchra lectulum, cadaveris loculum? Prae fert de morte triumphantis ; & moriendo gloriosè, valide stetit ; qui spolia prævidens mortis, haudquaquam timuit.

20 Hinc triumphus. De Moyse in morte stantis, ita loquitur Philo Biblius *Antiq. Hebraic. seu Biblicar. n. 119.* *Moyse repletus est sensu, & mutata est effigies eius in gloria, & mortuus est in gloria secundum os Domini, & præcedebant eum fulgura & lampades & sagitte, omnes unanimiter & in illa die non est actus hyman militum pro recessu Moysi ; nec fuit talis dies ex quo fecit Deus hominem super terram, nec erit talis adhuc in sempiternum.* In hoc fallite intrepide. Idem accidit in exitu Benedicti. *Strata pallijs* (inquit Gregor. quò dudum) *atque innumeris coruscis lampadibus via, regio Orientis tramite, ab eius cella in cœlum usque tendebatur : cui venerando habitu vir desuper clarus assisens, cuius esset via, quam cernerent, inquisivit. Quibus ipse : Hæc est via qua discedis Domino cœlum Benedictus ascendit. Legislatorum univocis triumphus, à colloque plausus ; ut constaret quàm grati, acceptique cœlo, propter cœlum in vita calcato mundo.*

21 Umbram Benedicti fuisse Moysen, præter præfata aliud habemus specimen. Dux constituit Moyses duodecim tribuum, Dux etiam Benedictus duodecim monasteriorum : pari gestorum passu, parique merito ; unde si labor similes, & gloria fecit æquales. Inducitur illi via in terram promissam, quam à longè Prisci salutaverunt Patres ; præscripta simul agni cenâ, ad quam minime sedebant, sed stabant. Ita lex : *Renes vestros accingetis, & calcamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinantes.* Idem, stantes, *tangquam exituri :* ait Iosephus, 2. *Antiq. cap. 5. & Philo, libell. de Cain, & Abel.* Ut procederet fauste in terram felicitatis, apparuit actutum columna splendida ignis (*Exod. 13. 21.*) *ad ostendam viam, per rutillam flammam.* Denique strata floribus terra in maris medio, & campus germinans de profundo nimio. *Sapient. 19. 7.* Si transitus ex ergaltulo atque tenebris Ægypti in terram promissam, typus est transitus de mundo in eternam gloriam ; in transitu filiorum Israël & Legislatoris Moysi, præmittitur triumphus Benedicti in cœlum perpalchra species : etenim viam qua (in morte stans, exiturus hinc) cœ-

Benedictus calcato mundo.

Phil. Bib.

Mirabilia in morte. Moyses.

10 d. 23.

10 d. 23.

Colletio Bē. nediſti & Moysi, in portentiis & miraculis.

lum Benedictus ascendit, ita cœlum ornavit; ut thrata pallijs omnino fulgeret & innominis lampadibus, & cœlestibus luminibus. Mutatur effigies gloriâ, dum felix anima in cœlos;

Virgil. 7. *Et varias audit voces, fruiturque Deorum Colloquio: Nomen in astra ferunt*

Mirum profecto, sed aptum: cœlum in morte generose reddidit, quod pro cœlo in vita Benedictus studiosè dereliquit.

22 Vidit Ioannes triumphum Agni, eminentis splendide in medio throni, iuxta assidentibus & Angelis & senioribus, de victoria gratulantibus. Erant ibi ante thronum lucentes lampades; & de throno, præ iudicatis nota; procedebant fulgura & voces & tonitrua. Ecce Iolemia: Vidi (inquit)

Apoc. 5. 6. Alapid. *in medio throni Agnum stantem, tanquam occisum. Alapid. Stantem, non iacentem. Fugit acumen; tanquam occisum & stantem?*

Stare, non est quasi morientis, sed de vulnere triumphantis: diciturque stare & mori; in signum potentis triumphi: igitur nec mors valuit, quando in morte non fuscubuit.

Haud aliter Benedictus in vitæ mortalis consummatione, potente infirmitatis virtute. Vixit in specu tanquam occisus, vixit postea tanquam mortuus: voluitque in morte cœlum meritò rependere, quicquid sub-

vit strenuè ex mortua vitalitate; æquidem firmiter stabat ut moreretur, qui ut viveret moriebatur. Ergo in medio Throni gloriose stabat Agnus, tanquam occisus. Claret Agni in throno celsitas, sed aliter Agnum exponit Isaias: *Emitte agnum (ait) de petra deserti ad montem; & erit sicut avis fugiens.* Quomodo si in deserto, nunc in throno? Unde si adsint avis fugit velociter mundi plausum, in eius plausum eorum resonat cœlum, accessus lampadibus, & Angelicis vocibus, studens impensius illius honori, qui vixit incognitus in petra dara deserti? Inde in morte honor & plausus, quia Agnus vixit tanquam mortuus. Unde cum in morte cœlam studiosè restituat, quicquid propter cœlam animus calcavit; in throno Empyrj gloriosam obinet vitam, qui tanquam mortuus, ut avis fugit in sæculo gloriam. Merces copiosa tanti respectus videtur, dum non in mundo, sed in cœlo mirificè plauditur: etenim collocatur sempiternè superno cœlesti in throno, qui vivebat, si vivebat, moriens in rigido saxo.

Unde in cœlo thronus erigitur. Benedicto?

Isai. 16. 1. 2.

23 Teatrum obijcit vitæ Benedicti, & eius singularissimæ gloriæ. Moritur, illicòque usque in Dei thronum ab Angelis elevatur, plausa regio, insigni triumpho. Coruscant lumina quasi astra, sternitur pal-

lis divitibus via, coruscant lampades, audiuntur Angelicæ voces, & ne desideretur gratulatio è senioribus; occurrit venerando habitu vir desuper clarus. Benedictus utique in gloriam rectò tramite ascendit. In saculo sane fugit. Quia fugit, habet. Fugiens, deserti loci secessum petiit. Sicut avis vel se fugit, præ fugæ velocitate; in arcissimum specum se tradidit oblitus sui: ibi quasi mortuum se sepelit, tribusque annis inco-gitus hominibus manit. De petra deserti pergit ad montem Casinum, unde translatus in cœlum thronum. In cœlum ex antro? In thronum ex spelæo? Cœlum, quicquid fugæ Benedictus laborans thesaurizavit, ad eius mortem reposuit; ut in præmium redhiberet: moriensque angustè; singularique apparatu collocatur in throno; qui quasi mortuus à corde, sepultus vixit in saxo. Floride Bugnotius, quò sup. cap. 20.

Qui nunquam tacuit, & nequit astrà morte iacere.

Stet moriens citius, quò petat astra Pater. Sternitur ecce tibi facibus via clara coruscis,

Sternitur auricomis semita lata rostris.

Quondam quod rigido fuerit tibi vita sub antro,

Nunc datur plantis astra tenenda tuis.

Examini num iurè rostris infrata pavatur Semita, & aethereo lumine iurè micant.

24 Secundam magnitudinem gratiæ SS. Benedictus, magnitudine gloriæ exaltatus; ait Bernard. ferm. de eo, num. 6. Segregatus est vel ex matris utero, ut Christus revelaretur in eo, & Christum revelaret, quem etiam in utero illuminatus cognovit. Imitans eum (ait Virgo-mater, quò sup. n. 15. & 17.) qui nondum natus exultando intra viscera matris, cognovit adventum sui pissimi Redemptoris. Vitia non solum fugit, sed nec cognovit. De Dei honoris erga Moysen cautâ, varia inter Rabbinos sententia. Philo Bibl. d. subdit: *Valde amavit eum, sepelivit eum per manus suas super excelsam terram in lumine totius orbis.* Ioseph. 4. Antiq. cap. 8. in fin. In sacris voluminibus scripsit se mortuum, veritas ne propter eius excellentem virtutem à Deo raptum predicarent. Vir omnium quotquot unquam fuerunt prudensissimus: in tractando populo, gratia & dexteritate incomparabilis: affectus quoque ita semper in potestate habuit; ut omnino illis carere videretur, & nomina tantum eorum, ex bis que in alijs hominibus conspiceret, cognita habere. Vates, qualis nemo alijs, ut omnia eius verba, vitam oraculorum obtinerent. Brevius Scriptura.

Non

Benedictio cœlum refert. quid. quid in mundo desepit.

Bugnot.

Bernard.

Birgit.

Phil. Bib.

Ioseph.

Non surrexit ultra Propheta (pro Vate, & miraculorum patratore, uti diximus Tautolog. 5. n. 16.) in Israhel, sicut Moyses, quem nosse Dominus facit ad factum, in omnibus suis atque portentis: miraque mirabilia. Charismaticus Legislatoris ornatur Legislator ab eodem Spiritu, dividente singulis prout vult. Par Moysi Benedictus nascitur almus: inquit Haften. Proleg. 15. *Benedictus gratia Spiritus Sancti (infit Hildegar-dis in Regal. eius) hoc modo persusus erat, quòd in nullo opere suo, velat in puncto momenti, & ictus oculi virtute Spiritus Sancti carebat. Patet quoad visionem intellectualem, dum divinæ essentia habuit visionem: quoad imaginariam, tam in somno quàm in vigilia divinam habens presentiam: quoad miraculorum virtutem, habens ad exhibitionem potestatem. Adi D. Thom. 2.2. q. 174. art. 4. in corp. Tanta ac talia fuisse Benedicti mirabilia, ut non solum a Zacharia, quò sup. cap. 6. appelleret Thaumaturgus; sed Aimoinus altuerat, necesse fuisse scribi à Gregorio Papa, ut fierent fidelibus credibilia. Hac igitur gaudet in cœlo sublimitate, gratia Benedictus & nomine.*

Deut. 34. à 10.

Haften.

Hildegar. Apodofsi Moysi, & Benedicti.

Birgit.

Ovid. 1. Fabul. v. 117.

Virgil. 7. Aocid. v. 100.

Birgit.

In rogo Benedicti accenditur obfero nigla cœna.

morte triumphum, & in Regia cœlesti coruscum thronum. Pro quo totus orat mundus, & astra simul. Hæstia.

DIDASC. V.

Cæca affectiones voluntatis lethalia vulnera mentis.

1. A Ltè quidem ulcera suffusa medullis, quippe nonnunquam prævaricatione cordis; lacente festivo dolo, igitur non cognoscitur & legis & iudicij prævaricatio: imò fugientibus habentis rationem, placet iudicium quâsi ad legis amulsim. Affectus quidem (ait Senec. 1. de ira. cap. 9.) tam mali ministri, quàm duci sunt. Nunquam idè assumet ratio in adiutorium improvidos & violentos impetus, apud quos nihil ipsa auctoritatis habeat.

Non est rationis affectus.

Ut ait Sabinus Episc. Parid. v. 17. Ubi regnat, ratio labat, & victa, vinctaque frenis, iacet inutilis; sicut propter caliginis obscurationem, nullum fundere possunt sidera lumen. O amor præcepi (inquit Bernard. ferm. 79. in Cantic. n. 1.) vebemens, flagrans, impruose, qui præter te aliud cogitare non sinis, fastidit cætera; & contemnis omnia, te contentus: confundis ordines, dissimulas usum, modum ignorans, totum quod opportunitatis, quod rationis, quod pudoris, quod consilij, iudicijve videtur, triumphas in temetipso, & redigis in captivitatem. Ita omnia, & in omnibus ipse, quin pudeat; vel dum, de quo infelix penitentiam habeat.

Non veniunt in idem pudor atque amor. Modò iuxta placitum, quodlibet licitum: extra legemque pectus constituit, si lex non placet. Pro lege eis est desideriorum voluptas (ait Doctor Amicus Benedictus, Regal. Sanct. cap. 1.) cum quicquid putaverint, vel elegerint, hoc dicunt sanctum; & quod noluerint putant non licere. Patet iudicium læsum, affectionesque adversus legis iudicium: etenim electiones dirigunt; & eligunt, haud præter iura constituerunt; sed præter ipsi phantasticè in voluptatem putaverint.

Ovid. Epist. 212. v. 111.

2. Affectiones sunt (infit Bernard. lib. 2. de Amor. Dei, cap. 6. u. 1.) quas varias variis rerum & temporum affert eventus. Infirmitas carnis (& languinis) saepe offendit.

Aff. aut ma li ministri, horores ducit.

Sabin.

Bernard. Epist. 212. v. 111.

S. Bened.

Bernard.

dit, saepe cadit, saepe laedit graviter, & leditur, mentis interioris dolente. Imago affectio-

Imago, cuius oculi in pectore.

Plia.

is lepidè exponitur ab Adrian. lun. lib. 1. Embl. 7. Oculum in pectore eius collocat, ac in sinistra statera. Constitutio naturalis oculorum in capite, non in pectore: verum affectio permutat loca, ut iudicia dirigantur à phantasia: equidem perperam iudicia à rationis directione: modò procedant à pectore. In pectore cor, ibique habitat mens: ait Plin. 11. cap. 37. Aptè dicit, ubi affectionis iudicium (si iudicium affectioni) altè cæcitè discernit: igitur directiones sine capite, si mens ducitur à corde. Caput est rationis in discretione thronus: affectionis verò pectus, à quo longè oculi, cognitionis atque iudicij ministri. Non rectis oculis mens in homine videtur, si in pectore collocatur; quandoquidem derahitur fortim à cognitione, quicquid conceditur fatuè voluntatis cæcitati. Inter monstra describit Plin. 7. cap. 2. Munster. Cosmog. lib. 6. cap. 1. & Hertmanu, Schedel, 2. atat. Regilr. Homines oculos in pectore habentes. Si affectio cæcè construit, quod vigil natura fugit; collocatio oculorum (mentis ac intellectiōni speculam) in cæco pectore, erit opposita planè iudicio & intellectiōni: monstraque proponuntur, ubi lumina frontis in pectore collocantur; quoniam qui in iudicium cæci cordis sequitur affectionem, non iudicium ostendet, sed mentis monstrositatem. Interfendit, cadit, laedit, & laeditur vulnere, interius mente dolente, ex eò quod intellectiōnis facultas clareat intelligentis præ affectione monstrificas: igitur si in iudicium caput haberet; nequiquam oculos in pectore collocaret. In cacumine quasi speculatores locantur oculi, quoniam oculi sapientis

Idem.

Deliria.

Eccl. 1. 14.

in capite; ut obiecta discernant, provide videant, ad omnia vigiles, & actionum directores. Sic cor residet & augustè in medio pectoris, quò sedent inclinationes. Indicant iudicium per oculos frontis tempora, uti pectus cordis vota: modò oculi removeantur à proprio loco; mentis non erit iudicium, sed voluntatis affectio: quæ quidem rapit penitus sensus, quoniam in corde tantum collocat oculos. Vernaculè: Los affectos al pecho llevan los ojos, robándole los sentidos. Nec ratio valet, ubi affectus cæcitatem vocat rationem; & impudenter libitum irrevocabilem legem, quin erroris peniteat, neque pigere valcat: equidem perperam quit habere pudorem aut penitentiam, qui ad ruboris examen non habet frontem.

3 Huic etiam monstruo dicatur statera, vel statera forma; igitur si per statera

ram designatur iustitia; & sub forma iustitia, ubi tantum species ostenduntur in dolum voluntatis affectiones. Oculi in pectore, & in sinistra statera? Affectiōnis planè signa: ab illa quasi pondere inauratur, quod sine pondere ostenditur: igitur in cæco affectu statera, aut libra est, sed ut appendat quicquid & quomodò vult. Statera dolosa non est bona. Si libramen iuxta rectum iudicium, ubi lumina in pectore non erit iudicium rectum; quippe iudicium à capite, non à corde: diciturque statera dolosa affectiōnis statera; quoniam quicquid librat summo pondere pectus, est examine mentis dolus & dolus. Elucet causa. Momentum statera in iudicium est ratio: statera affectiōnis sine momento; quo consistit & quò vergit, & quò vadat: vadit & vergit quò cupit, & nihil pondere appendit: equidem sine examine ad iudicium & gravi corde; quicquid trutinat pectus, nullius momenti. Est amor pondus, sed nullius ponderis, quia dolus pectoris. Dolus, ubi aliiad momenta entitatis, & aliud in pondus meritum species: pondus leve quod appenditur à corde, fallaci lance; quandoquidem minoris dotes ducuntur, quò magis ad æstimationem ut pretiosa commendantur. In statera est exemplum; & simul patet, quàm dolosum iudicium: igitur plus iusto dotes elevantur in statera pectoris; signum planè, quod levissimi ponderis. Vid. dicta, Tom. 4. T. 6. D. 6. n. 13. Taux Gregor. Magn. 24. in Job. cap. 6. inquit: Qui affectioni succumbunt, non homines, sed iumenta. Iumenta inter homines, ut clareat huiusmodi appetitus irrationalis: etenim cum obsecret mentem, inducens in cæcitatem; ex cordis cæci iudicio, rationalis apparet sine intellectu. Dixit (ut vidimus n. 1.) Bernardus, sed expendendum variis doctrinis iudicium: consistit quomodò eiusmodi pravus affectus confundat ordines, obnubilet specula veritatis, usum dissimulet, modum ignoret, fugiat importunus opportunitatem, prætermittat inverecondus pudorem, cæcutiat ad lucem, sine tenore consilij, sine iudicij examine, fastidians cetera contemnens omnia. Unde hominibus tanta plaga? Quia nequaquam sursum cordas & per sapientiam mundanam sapiunt duntaxat quæ super terram.

4 Dicam & non absre cum Stoico. Non potest fieri, ut omnes querantur, nisi querendum sit de omnibus. Omnes tantum? Et cupidi omnes & maligni omnes, & ti. Senec. mudi omnes; illi in primis qui videntur audaces. Adijce, & ambitiosi omnes sunt, & El-mora in impij omnes: sed non est quod transaris, Igno-

Prov. 20. 23.

Statera dolosa in affectionis sinistra.

Gr. Magna.

Affectio ac factio sine ullo iudicio.

se illis. Omnes insaniant. Ita Senec. 5. de Benef. cap. 17. Sufficeret, quantum auguror, excusatio pro respicientia, quàm excusantur insania. Dulcis, dicunt, est amor patriæ. Arbitror in Monachis æquivalere blasphemie. Dulcis amor patriæ. Magis dulcis, si fuisset patriæ celestis. Cæcum in pectore fovemus amorem, hic non habentes manentem civitatem. Magnæ utique hic signum felicitatis, teminos cum Dijs habere communes. Quid eo beatius dicitur (infit Basilus, Constit. Monach. cap. 19.) quid hac consuetudine, unitate, ac necessitudine aptius excogitari? Quid mutua inter se morum animorumque contemperatiōe gratius fingi? Homines ex diversis nationibus profectos, per exactam morum ac discipline similitudinem, adeo in unum veluti coaluisse, ut in pluribus corporibus unus modò animus esse videatur: vicissimque plura corpora mentis unius instrumenta cernantur. Hic amor ordinem construit, ubi affectio destruit: scit enim modum, quoniam sequitur iudicium. Planta est homo, sed mobilis: modò terræ adhæreat erit stipes: patetque ludibrium rationis, invenire stipem, dum querit hominem. Incendior patriæ fumus, quam ignis alienus? Vide Palladam lib. 1. Epigram. 64. Tzetz. 6. Ovid. hist. 77. & Cicero. 5. Tusculan. qq. Fumus patriæ nonne fumus? Quoniam patriæ, non illuminat; sed quoniam densior, obsecrat; quin stetum excitante acrimonia, interit ex dolore penitentia, cum plaris faciat error lignum, aut tionem fumigantem, quàm ex foro alieno ignis illuminationem. Quid quod hinc vel illinc summa splendoris? Homo egregius bivivis figit radices. Haud in ministerium queratur unde, sed qualis. Ubilibet sunt homines & boni & mali: verum non ita nascuntur, sed virtute, aut vitio sunt; quin vitia aut virtutes oriuntur à terra nascentium, sed à terra cordium: igitur Sol modò nascitur in Signo Virginis, & modò in Signo Scorpionis. Unde Aufon. in Imperator. Epitaph. Epigram. 21. de Severo accinit: Panica origo illi, sed qui virtute probaret.

Basil.

Amor in patriam quem cæcus & ridiculus!

Aufon.

Bernard.

Plin.

Non ob stare locum, quàm valet ingenium. 5 De regno florum est inter AA. studio contentio. Regina plauditur Rosa maiestate venusta, quasi sensibus plus grata. Pier. Valer. lib. 5. cap. 8. Lilio principatum tribuit Bernardus: Candidissimo flore pulchre in coronam disposito. Sermon. 70. in Cantic. n. 5. Unde Picinell. 11. Mund. Symbol. n. 153. inquit: Meruit candore coronam. Plin. 21. cap. 5. candorem concedit, sed principatum etiam ex floris celsitudine abnuat: Li-

lium (inquit) Rosa nobilitate proximum est. nec ulli florum celsitas maior: candor eius eximius. Cur igitur postponitur Rosa, eminens voluptuosè & candore, & celsitudine? Quia languido semper collo, in: & Carducius, Carm. 9.

Dum candidanti flore vernat liliam, Decora cervix pondus.

Unde à dignitate expellitur, inde magis commendatur; siquidem in celsitudine dignitatis non erigitur: construitur liliam angustiorum thronum, excelsioris nihil celsum. Instruit natura hominem; ut discernat inter floridas dotes, cui conferat dignitatem: lilio vernanti decora cervix est pondus, quod ad dignitatis virus: igitur dignitatis haud ullam habebit gloriam; si in illa floret, qui semper respicit terram. Nascuntur alij flores; sed fursim tendunt, unde commendatio pulchritudinis. Liliam, etò comiter in honorem celsitas, fugit inter flores dignitas; quoniam languido collo, versus terram inclinatio: rutilat profecto floris commendabilis splendor: & à tanto splendore refugit honor; quoniam non dignus, flos quantumvis excelsus, qui nonnunquam terram circumspicit, ex qua natus. Poller candore, pollet celsitudine; sed languido collo, ut periculum caveatur sub huiusmodi aspectu, quo plerumque & affectio in pectore fovet anguem, & altum rapido servat fub pectore vulpem; panurgij incognita, ne cognoscatur decipula: quandoquidem ubi sub candore pectoris, tortæ cervicis dissimulatio (certocertius, simulatio) maior in terram propensio. Dialecto nostra: Mas ciega la pasion y mas engaña, debajo del disimulo de una cabeza torcida.

6 Floruit miraculo singulari virga Aarons inter cæteras steriles; cum iam haberet dignitatem, ut eius regiminis indicaret tenorem. Virga, dignitatis signum, vernat tota viridarium; ut electus in Ecclesiasticum principem; in virga sterili floridà contempletur speciem, affabilitate comite, ne vultu terreantur subditi; qui sape vel maiestatem vel circumspeditionem appellant affectatam severitatem, quasi difficilis videri, nec dictu affabilis ulli: sterilique virga floret, quia aliter dedecet: etenim virga in dignitate arida, nimis subditi auster. Noftrates: Es sensible un Prelado, todo sequedades. In remergo. Invenit Moyses (aliorum Principum aridis virgis, seu baculis) germinasse virgam Aarons, & turgentibus gemmis, eruperant flores. Miraculum sanè magnum, & pro meritis electi consonum in documentum: igitur si per virgam signatur potestatis

Carduc. Moestia in Superiore pretiosa.

Et abomina bili propensio in patriam.

Præter affabile.

Num. 17. 8.

honor, atque per flores splendor; digne praelatus flores dotibus in honore dignitatis, cuius virga vernat pulchre absque ullo humore telluris. E terra enata virga, sed in Sancto-Sanctorum protus arida; ut constaret, quam probe collata honoris maiestas, ubi virge regentis excelleret ariditas; etenim in Sanctuario dignus munere flores, qui obitus pro dignitate quicquid a tellure accepit. Haud virga floruit ante electionem, sed postquam Aaron ad dignitatem electus; ut per opera pre cunctis luceret dignus, inter tot viros dignitatis avidos. Pridem non floruit, est dignitatem habuit; quia studiosa quibat esse ariditas, ut simulatione nascisci posset auctoritas: ariditate erumpit in flores, postquam Aaron in culmine dignitatis; ut eluceret & a Deo electus, & quanta gloria in dignitate fundus: igitur si humor a terra; magna ex siccitate gloria, floruisse in honoris culmine, absque telluris mentione.

In honore nulla fit memoria patris.

V. 7.

Ita floruit, & ita in figuram Dominus servari iussit. In figuram sane reproborum, & etiam dignitati respondentium: igitur si dignus conitit honoris, qui oblitiviscit telluris; indignus prorsum sine dotibus exponitur, qui humore terrae in dignitate trahitur. Per flores in virga arida, regiminis prudentis describitur forma, siquidem praelate agit, qui glebe nec meminit. Si humore floretur a terra tracto, haudquaquam mirabilis pulchritudo: equidem floreret, si floret, per originem, haudquaquam per dignitatem, in qua flores merita, quando a terra separata: igitur in dignitate non floret, qui flores turpiter ab origine trahit. Floret pro Aarone poteitas, & inter ceteras virgas, qua in ipsa virga meritorum claritas, respiciente a quo assumptus, non unde electus. Quem ex bis elegero, germinabit virga eius: dixit Dominus. Cuncti principes traderunt virgas; sed per cognationes suas. Longe a caelo flores, ubi certatim in honorem caro & sanguis. Concipiuntur vota: at quid inde? Deducens concepterunt desideria: etenim ubi virge Moyfi tradite pro patria; ad dignitatem operatam apparuerunt ligna & ligna. Eius in dignitate flores sunt, qui vocatur a Deo tanquam Aaron: quia non habebat humorem, virga reliquorum aruit: quia humorem non habebat, quae erat Aarons mirifice floruit: quandoquidem in honore, virge miraculum maximum; ubi terrae relictae nec ullum signum. Quem ex bis elegero, germinabit virga. Miraculum ostenditur, ubi virga florens aride in dignitate proponitur: etenim si ab humore telluris habuit esse, & constat ariditate; ullum haud

Ita florent in dignitate Praefidis.

V. 5.

Quem ex bis elegero, germinabit virga eius: dixit Dominus.

V. 2.

Longe a caelo flores, ubi certatim in honorem caro & sanguis. Concipiuntur vota: at quid inde? Deducens concepterunt desideria: etenim ubi virge Moyfi tradite pro patria; ad dignitatem operatam apparuerunt ligna & ligna. Eius in dignitate flores sunt, qui vocatur a Deo tanquam Aaron: quia non habebat humorem, virga reliquorum aruit: quia humorem non habebat, quae erat Aarons mirifice floruit: quandoquidem in honore, virge miraculum maximum; ubi terrae relictae nec ullum signum. Quem ex bis elegero, germinabit virga. Miraculum ostenditur, ubi virga florens aride in dignitate proponitur: etenim si ab humore telluris habuit esse, & constat ariditate; ullum haud

Uti mirabilis.

habere succum, sane miraculum. Vulgo: *Emarvilla una vasa, a quoniam no itra la tierra.*

8 Egyptijs nunciata sunt per Eleos Olympica certamina, tanquam cunctiorum iustissima. Pectus sunt glorificationem; & ut inflatam percurrerent vanitatem; interrogarant Egyptij: An soli Elides, vel aliarum provinciarum certarent cives? Respondentibus. Commune esse certamen; Egyptij dixerunt, *Quid ad iustitiam difficile*. Herodot. *Nulla enim pacto posse fieri, quin concivii pugnanti cives fiverent, facientes iniuriam hospiti.* Herodot. lib. 2. num. 102. Dicitur amor patriae, qui omni potentior ratione, calcans iudicium, dum iuxta affectum suffragium: igitur ita in fuos vel succumbentes pondus inclinationis; ut nullum praconizaret vel ex victoria victorem, ni victor esset ex suis. Simia simiam amat, praeter philosophiam nil delectat: equidem cum similitudo grata, illi videntur quae foedissima, pulchra. *In tenebris sedeo, & celi lumen non video*: dicebat Tobias. En senis agritudo, sed singularis caecitatis, qua ridetur affectus fingens in eo quod diligit, quicquid delectat videre; cum nil in tenebris videatur, nisi phantasticè: etenim cum nihil sit, nullaque ex dotibus lux; ita ex propensione fatuet caecitatem, ut non tam arbitrate videat lumen, quam coelestem splendorem. Causam astruximus ex Aristotele & Caeli Rhodigin. *Tautolog. 5. n. 31. Descendente plurimo sanguine ad principium sensuum, simul descendunt forme in imaginatione concepta: atque ita demum fit, ut que non sunt, videantur; quemadmodum somniantibus contingere, scimus omnes. Inde insatigabilis fraus eludens spectatorum visus. Ni esset in capite redundantia sanguinis, abfuisse profectò a phantasia species: cogitata essent ut cogitata, vera ut vera: equidem viderentur iuxta dotium entitatem, & nequaquam iuxta cordis affectionem, quae nimio sanguine fecit delirare mentem. Huiusmodi iudicium vel est delirium vel somnium: etenim ni iudicaret per sanguinem, per proprium furentem amorem (sed iuxta rationis examina iudicaret) vel viderent phantasticè, quum nihil vident.*

Herodot.

Non ind. cum ubi ex aff. du. suffragium.

Tob. 5. 24.

Aristoteles

Unde videntur non videntur.

Ierem. 2. 24

Aff. du. inferus vanitas, ex quo rationis deformitatis.

Prov. 27. 22

conbunt, convertuntur in iumenta: igitur perverto spiritus pectoris offensantes inclinationem, uti onagri miram promunt stoliditatem. Ventum trahunt, dum varie honores huic & illi concipiunt, ac laboriose depouunt; ut pateant iure collata munera, & his quae fixit phantasia, cerebro vacuo, quod coloribus replevit affectio; quin possint revocari in penitendum, cum uti stulti ex delirijs contraxerint vanitatem. *Si contuderis stultum in pile, non auferetur ab eo stultitia eius.* Labores quibant reprobi sensus revocare a proposito animam; ceterum non habent sensum. Ut inique agant, laborant, & vertigine capitis in circuitu semper ambulat; nec respiciunt, quantumvis a prudentibus ridetur: equidem cum sibi complacent de delirijs & ineptijs, fomitibus vanitatis, mulcimine proprii amoris; a propensione stulta non remouentur, tamen pilotundantur. Sufficere videbatur: *Non auferetur ab eo stultitia.* Quorsum dicitur *Stultitia eius?* Ut appareat in phantasia, quam stultus: siquidem sibi videtur ingentem conciliare auctoritatem honoris; de quo erubesceret alius, tanquam de stoliditate. Non tam error in stultitia, quam in stultitia eius. Alius ut stultitiam affectionem cognoscit, & ne appareat colorare gessit. Huic gloriatio, & canodoxia; & non solum in eo dicitur stultitia, sed eius stultitiam qua ita emortet mentis, colorat imaginationis, ut ipsum phantasia errorem, sollicitet auctoritatem. Morbi Stoicus dicit effectum, & apponit phantasma. *Ed autem magis (inquit; Epist. 40.) te deterreo ab isto morbo; quod non potest tibi ista res contingere aliter, quam si te pudere desiderit. Perfrices frontem oportet, & ipse te non audivit.*

Diligent. pbrensim.

Seneca

Orven. 2. Epigr. 82.

Seace.

Et gloriantur de delirio.

quandoquidem uti in onagris insigne stoliditatis, quod ita cecè propendeant in idola vana cordis. De stollitionibus refert Plin. lib. 11. cap. 25. innocuos duntaxat esse ijs qui carent sanguine. Plura de illis, lib. 20. cap. 4. & 30. cap. 10. Salomon verò ait: *Stello manibus nititur, & moratur in adibus Regis.* In Hebraeo vox aequivoco, *Schemamith*: igitur significat simiam, vel stollentem, sive fulgentem lacertam. Caveat ergo qui est in honore, ne sanguine labore in regimine; ut possint amandari huiusmodi illustres bestiae: quae quidem cum fovant avidissimè ambitionem; non nunquam fugiunt superiore exanguem. Stello, Hebraicè *Seamam*, idem est ac admirari, vel obstupescere; quoniam si hominem videt, nec se praesupponit. Auda veneno grassatur in adibus Regis; quem imitantur pro vitibus ardelliones; ut capere fulgore Superioris gratiam, & virus vomant per falsam benevolentiam: igitur haerent stupidi dissimulantes artem, si in dignitatis folio viderint hominem. Mutatur conditio ab stollione, si Praes abundat sanguine; quippe haeret infatuus ad praesentiam serpentis, quasi ad splendorem hominis, qui cognoscit per affectum obliquum, in ipso amore adorare venenum. Quasi fulget, affectu respicit; sed non dispicit per caecam affectionem, cui conserat dignitatem: gaudens de stollitate, quasi doctorum supellecille; cum mundus totus quasi percussus stupeat, quod reptile virulentum in admirationem rapiat. Vide Aristotel. 9. de *Histor. Animal.* cap. 2. & Saavede. *Idea Princip.* Symbol. 48.

Prov. 30. 18

Falsa splendor insistentur.

11 Ferè eadem turpidum inest alij significationi vocis, ubi Praes ad munera illectus trahitur affectionis illecebris. Dotes in dilecto quaerit & videre fingit; & fulgere somniat, cogitat, & stimat; cum praes speculo levissimo veritatis, sint tantum cupientis cogitationes. Quaretur anxie a nescientibus *Quis*, dum suum resonat *Quid*: apparet, & similia est; quae moratur in adibus cordis, infulis praes affectu onerata coruscis. Qualia merita? Gesta ridicula, figura petulca, sine hominis forma, ducto amore in hominis figuram, qua sic implevit phantasia. Ita? Sic: utiam Non! Verum iudicium praeraticatur, dum ad lubricum munus indigno conceditur, praerentis meritis, vel forte dignis calcatis: igitur tantum in derisum hominum, eligere in nobile misissetim, animal natum in istum. *Corpora Deorum sine sanguine*, dicebatur ab Ethnicis, de quo Lael. Bisciola Tom. 1. *Horar. subestivar.* lib. 10. cap. 19. n. 1. Unde Homer. 5. *Ilia.* v. 348.

Itt

Qua.

Homer. *Qualem membra solent magnorum fundere Divium.*

Atque ideo exangues Dij sunt.

Qui sunt Numina in honoribus; per exilium affectuum similes debent esse Numinibus: hinc, *Ego dixi: Dij estis, & filij Excessi omnes.* Psalm. 81. 6. Dedeceat enim Deitatem, si simiam respicere, ac præterire hominem, nimio sanguine dotes in patricolis fingente, ac ordinem perturbante, quo deturpatur auctoritas, & videtur stoliditas: igitur omnino iudicium & electoris opprobrium; quod philosophum simiam hominis tradatur honos, & propter mimos, & festivos geitus.

12 Proh dolor! Sanè tolerabimus istorum defensionem (ait Tacit. 4. *Historiar.* cap. 42.) qui perdere alios, quam periclitari ipsi maluerunt? Libidini sanguinis & biata præmiorum ignotum adhibe ingenium, & nullis expertum. Simiam undique vident qui non simia, sed Præses renuit cognoscere, ductus libidine sanguinis, pro indignis, dignis conceptis; quippe simul cum exuberante sanguine descendunt formæ imaginatione conceptæ: unde cum iuxta phantasmata, dotes concipiuntur vel in simia; expertum nullis & ignotum ingenium illustrat sanguis auctoritate præmiorum. Hinc de onagro, ducto vento amoris proprii, dicitur: *In desiderio anima, uti vidimus, num.*

Iere. sup. 9. Simiam circumspectat, verum non simiam videre desiderat. Hominis dotium instat desiderium, & nequaquam iuxta desiderium exit aliorum iudicium: diciturque in desiderio animæ indigno collecta auctoritas; ut conferentis clarius cognoscat stoliditas: si quidem simiam hominem haud facit, neque coloribus pinget, citò enixè concupiscat; quantumvis viscera vomat. Instat libidine sanguinis, atque prurita amoris, ut homo appareat, quanvis figura cognoscat simia, præmiorum rutila larvâ; quia sibi stultè videtur per dignitates efformari dotes: tuncque magis ut onager derideret, dum molimine affectionis embolium arte constringit; etenim ubi simia auctorata datur maiestas, demonstrat sine soppo sito soppo sitorum personas. Attollere enim desiderat hominem in dignitatem, & vident cuncti personatum ludionem. Vernaculè: *Matachia, Mamarrabæ, Cachidiablu, un ridiculo Avechubo.*

Quid magis injulsi ornantur, ridiculiores videntur.

13 Ubi nimis in caput ascendit sanguis, magnoperè nocet oculis; & quibus immineat cæcitas, qua de causa effuse erumpunt in lachrymas: igitur nihil magis lachrymabile existit, quam si sanguis in caput facile ascenderit. Ingruit oculos claudere, dum cuiusmodi laborat ægritudine. Unde cum

15 Adinstar fulminis vibrati è nubis visceribus, Damascum procedebat iracundus,

cæcus haud efformet iudicium secundum visionem oculorum; in obiectorum discrimina, necesse est, quod recurrat ad phantasma: quandoquidem præ cæcitate non cogitat, prout spectat; sed spectat, præter phantasmatis cogitat. Species ingeruntur, quarum non habet speciem: siquidem cæco cuncta per cogitationem: vigilque somniat, dum cogitata iudicat; igitur duntaxat rerum insunt imagines, eodem modo quo res obijciuntur in somnis.

Ergo sensus abit, mutatis motibus altè. Principio somnus sit, ubi est distracta per artus.

Vis anima, partimque foras electa recessit. Ita Lucret. 4. de *Rer. natur.* à v. 916. Claret penes phantasmam sine iudicio iudicium, & sanguinis capiti vigili incommodum, ubi trahitur in affectionis idola, commendabilium dotium cogitata figura: sibi plaudens quasi vera videret, quod videre concupiscit: verum nil videt in tot imaginibus, speciebus obiectis; quoniam nihil ab oculis discernitur clausis oculis: omninòque vana & ficta, quæcunque obiecta à phantasia. Erit num medicamen ægritudinis? Et facile: removeatur à capite sanguis, à quo cæcitas; & ex cæcitate capitis stupiditas: quandoquidem cæcitate voluntaria non laboraret, modò oculos aperiret.

14 Sese describit Paulus miserimè cæcum, æmulator existens paternarum traditionum. Cum ergo illuminaretur è caelo, sibi videns procedere sine errore: *Continuò* (dicit) *non acquieci carni & sanguini.* Quid ad eius mentis illuminationem, quod non respexerit neque carnem, neque sanguinem? Continuò qui eminebat zelotes legis supra multos coetaneos, repulit patrigenas & consanguineos. Vide hic Alapid. Quo ergo inquit? Arcana in sinum illorum effundere noluit, ne ipsi iudices ferant, de quo nequibant cæcitate dijudicare: igitur si consiliarij constituantur, nullum sanguinis consilium; cum præter sua cuiusque interest, prober, improbet, reprober, suadeat, dissuadeat: addat, minuat, stimulet, aut reprimat: quæ quidem dicitur à Bernardo de *Vita & morib. Cleric.* cap. 11. n. 35. *Sapientia mundi, terrena, animalis, diabolica, inimica salutis, suffocatrix vitæ & mater tepiditatis. Cave tibi. Ut quid enim? Inimici hominis domestici eius.* Hinc Paulus auctoritatem non acquievit carni & sanguini; quippe cupiebat videre. Quorsum hæc? dices. In articulo videbis.

15 Adinstar fulminis vibrati è nubis visceribus, Damascum procedebat iracundus,

Quorum dotes à phantasia, delirante consistuntur.

Lucret.

Galat. 1. 16

Cæro & sanguis consilia rij pessimi.

Bernard.

16 Speculum exponitur cæcæ affectionis, & lusus phantasiæ, varios colores in speciebus fingentis, dum capitis laborat cerebrum, atque superflus sanguis ascendit in caput. Pingit patricolos dotes præclaris instructos, instrumentis nobilibus apprime ornatos, cum illis literas natas, & sine illis morturas. In expeditione rerum, quanta dixeritis! In cognitione difficillium, quanta claritas! In usu qualis prudentia! Sine illis essent suprema munera vacua. Cum copia sanguinis, descenderent in caput formorum somniantis species; ut videret quæ non visa, læsa phantasia erga immeritò dilectos. Habet professò somnians oculos clausos: igitur modò sanguinem ut videret, expulerit, aperitis oculis, nihil omninò videret. Paret fictum, quicquid oculis obiectum; equidem si nihil modò discernit, si aperitis oculis nihil penitus videt; dum videbat dotes,

Act. 9. 8. Paulus curruis, ut surgere.

Plant.

Sophocl.

Vidit clarè, quia nihil vidit.

Cæro & sanguis consilia rij pessimi.

Aperiri oculos rationis, est emendatè affluenti cæcitate.

17 Non difficilè modò intelligitur, cur Paulus ex hac viõne, non acquievit carni & sanguini; imò patriam relinquens terram, profectus est in Arabiam. Suos fugit? suos: propter quot videns, factus oculis orbis: cæterum illuminatus: igitur aperitis oculis nihil videbat, ex his quæ in suis tanquam illustria somniaverat. Lux de caelo, illuminat: lux quæ ab affectione, obæcat; quippe mundana, diabolica, animalis & inimica salutis: etenim dum magis caput elevat, caput aggravat. Pendet.

18 Inter Ægyptios erat abominabile sacrum, cuius nomen splendidum. *Locus erat apud Sain in templo* (instit Herodot. d. n. 103.) *Minerva dicato. In hoc loco ima.* Herodot. *gives*

Multa dominantem vertat amor suorum. Igitur quæ aperitis oculis cernit ac decernit ratio, clausis oculis amandat suorum affectio. Alius improbat, alius impellit, alius arcer, alius extollit, alius deprimit, alius allevat, alius suffocat, ut existat abundantius æmulator traditionum paternarum, exemplo prædecessorum: ut aggravat cæcitatè, dum diversis affectibus hinc inde allicitur rationem: Paulusque ne laboraret morbo, luce de caelo, carne & sanguine spretis relinquit patriam; quippe affectionis studium est incumbere in amentiam, qua multa videri videntur, cum nihil horum nisi ad speciem videatur. Cuncta videntur ex somno, si lux de caelo. Pridem ab Ethnicis fictum; modò aliquid quantum homo videret Numen, incurere cæcitatè. At quo proposito? Ut clareat, quam cæca affectio. *Cum divinam sapientiam inspicimus* (ait Natal. à Comitibus. 4. Nat. Com. *Mytholog.* cap. 5.) *nos cæcos esse, & nihil scire, omninò cognoscimus.* Videre arbitrantur, quorum phantasia lux, qui ambulant in magnois & mirabiliter super se: qui cuncta cæci dispiciunt; ac vertice sidera tangunt; quos oportet videre nihil vidisse, ut possint cum Paulo nihil videndo videre: igitur ut primùm celestis luminis coruscum recepit radium, cognovit acturum in omnibus fuisse cæcum.

Senec. in *Thibaid.* v. 657.

Cæro & sanguis consilia rij pessimi.

Nat. Com.

DIDASCALIA VI.

Affectionis amor, non amor, sed furor.

Non abs re in Epitome Divina... Non abs re in Epitome Divina... Non abs re in Epitome Divina...

Dant.

Affectus in bar Furiarum.

Chartar.

Terent.

Nicand.

Et veneni scorpionum.

Iuven. Sat. 10. v. 350.

Horat.

Si quequid vidit melius pelusae sua spe, dixit oculis, animoque & corpore torpescere...

Hic morbus unde? Ab amore suorum, ut dixi Didasc. preced. a ridicula in patriam propensione...

Jean. 1. 1. Sanct. Amoris patriam sine iudicio.

Hieron.

Dolet se solum electum, ut mitteretur ad Assyrios. In hac Hieronymus. In terra propria aliorum prophetarum detonabat oracula...

Ovid.

Nescio, qua natale solum dulcedine cunctos ducit, & immemores non sinit esse sui.

Matth. 19. 28.

Cum sederit filii hominum in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.

Ni honor in patria, honoris deficit gloria.

gloria, sino son alcaldes de su aldea.

Hec quae videtur in hominis fragilitate dulcedo, rationis est infatuatio: igitur nullus Propheta acceptus est in patria sua: Abrahamque haud factus fuisset in gentem magnam...

Luc. 4. 24. Gen. 12. 2. Ibid. 3. 2. 4. Ibid. 21. 14. Quae dicitur dulcedo, est infatuatio mentisque corruptio.

Senec.

Prudentia monstrat summos posse viros, & magna exempla daturos.

Iuvenal.

Veruecum in patria, crassoque sub aere nasci. Hinc unde origo claritatis, nascitur de non patrigenis parva fides: & ut inquit Carol. Scitibani in Medit. Religios. lib. 3. cap. 19.

Scriban.

Si quid dignum laude, extenuatur: si quid reprehensione, in immensum augetur: pravo iudicio, maxime in electionibus; quippe patriae affectione ducitur pectus, & quia dulcis ex aspide vellicat morsus.

Luc. 6. 16.

Cognomen filiorum olim erat nomen patris inter Orientales, a quibus emanavit in Graeciam, ut constat ex Homero, usquequaque dicente Aiax Selamontis: Euripid. in Rhes. de Duce Troiano. Helicorem Priami: Herodot. lib. 2. Cambyses Cyri filii. Ex Scriptura etiam constat: Matth. 16. 17. Beatulus Simon Bariona. Idem Ioann. 1. 42. & 2. 1. 15. Simon Ioannis: in praesenti testimonio, Iudam Iacobi. Cur igitur nullus electorum dicitur patria, nisi proditoris Iudae? Arbitror haud carere proposito; ut reprobi & indigni quasi per speciem demonstraretur electio. Nonina ad electionem dicuntur habere, qui tanquam digni adscribuntur: per patriam cognoscuntur, qui & electi reprobandur: pro meritique Iudae dicitur tantum quae terra natalis; ut liqueat, quando indignorum vel dignorum electiones: igitur nonnunquam careat uti inepti

Cognomen filiorum ex nomine patris.

Mysteria Aegyptiorum.

Imagines afflicti.

S. Bened.

Cur illius deliria dicuntur mysteria.

Ovid. 1. Metam. fab. 6.

Si modo sanguine gaudet.



Miramur eodem

Quo capiens pacto, pavor sit utrique molestus.

Improvisa simul species exterrit utrumque. Gaudet, an doleat, cupiat, metuatne, quid ad rem.